

DE DUOB. REIS. STIP. ET PROMIT. 219
guli vel dederint, vel acceperint. l. eandem. 9. pr.
ff. de duob. reis. l. si non singuli. s. C. si cert. pet.

CCXC.

Quis effectus sit obligationis correalis de jure cùm antiquo, tùm novo?

DE jure antiquo, effectus præcipuuſ obliga-
tionis correorum debendi hic erat, ut ex iis
vel unus eligi, & in solidum conveniri posset: §.
ex bujusmodi. 1. Inst. de duob. reis. l. in duobus. 3. §. ubi
duo. 1. ff. eod. nec communis creditor actionem
suam dividere cogeretur, sed tantùm si vellet,
cam divideret. Id, quod facere potuit, cùm à ſi-
gulis correis, ut principalibus, partes petendo:
d. l. 3. §. 1. & l. reos. II. pr. de duob. reis. l. si ex toto. 8. §.
si. ita. 1. ff. de leg. I. l. inter. eos. 51. §. duo rei. 2. ff. de fi-
dejuſſ. tùm etiam correos pro vice mutuā fidejuſſor ex-
ſoribus accipiendo, eundemque & ut principa-
lem reum, & ut eum, qui pro altero fidejuſſor ex-
titerit, in partes conveniendo. d. l. II. pr. de duob.
reis. Jure verò novo, Justinianus unius eligendi
potestatem sustulit & constituit, ut, quatenus o-
mnes correi idonei & præſentes ſunt, unusquisq;
secundum partem vitilem exigeretur, quaſi re i-
psâ & in effectu, nec in quid amplius obligatus:
ſin autem eorum aliqui abſentes, vel ſive in to-
tum ſive pro parte in idonei eſſent, tunc præſen-
tes & idonei, reliquorum defectum ſuppletent.
Nov. 99. c. I. pr. Eo addito, ut facilioris expeditio-
nis, & cujusque facultatum examinandum &
obſtringendarum cauſâ, omnes, qui præſentes
ſunt,